

V 2. Codex membranaceus, saec. XII-XIV. folior. 101. 8°. (fol. 1 - f. 24^b manu saec. III., f. 25^a - f. 30^b manu saec. XI. prima, f. 31^a - 70^b manu saec. XI. secunda, f. 71^a - f. 101^b manu saec. IX. exarata puto. In textu dispersim correcta et inserta margin. occurrunt. In f. 31^a habes verbum in textu ceteroq. latino ling. germ.: himilinperc.

Membrana et textus variis locis acore corrupta et f. 90 litt. imit. exsecta.

Codex prius erat canonicae Subensis, ut ex inscriptione saec. XVIII. in f. 1^a patet:

Coenobii Subensis.

Ligatura recens. Cod. totus man. XIII. saec. foliatus. (Cat. Num. X. 66. 21. 4555.)

1.) fol. 1^a - 13^a Vita s. Lantperti. (patroni canonicae Subensis) f. 1^a litt. capit. col. rubr. inscribitur:

“Incipit libellus de vita et virtutibus beati Lantperti, episcopi et martyris.”

Inc.: “Si paganorum saeva (litt. capit.) et nefanda” etc. Expl.: “Ibi assidue caecis visus debilibus gressus surdis auditus multis loquela per merita sancti martyris est et reddita.”

cf. Tabulas Cod. MSS. Bibl. Palat. Vindob. 766. I. p. 100. Cod. 577. 19.

2.) f. 13^a - 14^a Missae s. Lantperthi episc. (litt. capit. col. r.) Inc.: “Origo et consummatio totius bonitatis deus” etc. Expl.: “ipso intercedente mereamur de tuae pietatis abundantia gaudulari. Per Dom. etc.”

3.) f. 14^a - f. 17^b Vitis Hledvae (litt. capit. col. r.) Inc.: “Cum orasset Beatus Hledvas (litt. capit.) ad dominum dixit: Domine da mihi fiduciam” etc. Expl.: “Sicut Arminius servus qui bene servieunt homino suo libertatem accipit sic sunt iusti in regno celorum timeri.”

4.) f. 17^b - f. 24^b Huius inimitabilis conversionis actuumque et morum vitam et penitentiae magnum vitaeque certamen venerabilis Mariae Egipthiacae qualiter in heremo expleverit tempora vitae. De Graeco translulit in latinum Paulus venerabilis diaconus sanctae